

Nucius Leonis Nucii de Aleymo

13

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Nucius Leonis Nucii de Aleymo

13

1452-08-11

In nomine Dei eterni et salvatoris domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo quinquagesimo secundo. Regnante ... Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Trinacrie, Valentie, Maioricarum, Sardenie et Corsice, nec non Hungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rome, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque... rege, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis, Barchinone comite, duce Athenarum et Neopatrie et Rissilionis et Ceritanie, regni ... huius Sicilie citra farum> dominii sui anno decimo octavo, ... dominante quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitatis Mathere ... Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, regni Sicilie magno comestabulo etc., mense Augusti, die undecimo eiusdem, quintedecime indictionis, Mathere.

Nos Nucius Leonis Nucii de Aleymo, de Mathera, annalis Mathere iudex, Antonellus domini Guilielmi de Moromilis de Montemurro, de eadem civitate, ubilibet per totum regnum Sicilie puplicus regia auctoritate notarius et testes infrascripti, videlicet: donnus Bartholomeus Antonii Fornarii, diaconus Tucius Antonii de Roberto, Donatus Petrucii Angeli de Iohannucio, notarius Guilielmus de Gurrizio, Angelus iudicis Petri Marci,... de eadem civitate Mathere,... fatemur... quod... constitutis... abbate Angelo Melininde de Mogiagna, abbate... et administratore bonorum omnium... ecclesie sancte Marie de Armeniis de Mathera... et nobili viro Regno Melininde de Mathera,... prefatus... abbas... asseruit... habere... griptam unam cum platea ante ipsam, cum fovea una ibidem plenam terre honoratam, sitam... in pictagio seu convicinio ecclesie sancti Angeli in Saxo CaviOSO Mathere, iuxta griptam locatam

Cicco de Scalczono, iuxta aliam griptam locatam magistro Augustino Argenterio;... prefatus... abbas... de consensu et voluntate... Marini... archiepiscopi Acherontini et Matherani,... // per presentem contractum inphiteuticum(*sic!*), locavit et imperpetuum concessit... prefato Regno... predictam griptam, foveam honoratam et plateam ante ipsam,... sub annuo reditu sive censu tarenì unius et medii

1

... Quod scripsi ego prefatus Antonellus... notarius...
† Ego diaconus Tucius Antonii de Roberto qui supra testor //

Si tratta di Marino de Paolis, arcivescovo di Acerenza dal 1444 e morto nel settembre 1470, artefice della ripresa dell'autorità episcopale nell'arcidiocesi, come anche a Matera, dopo la grave crisi istituzionale seguita al tentativo dei materani di eleggere un proprio vescovo nel 1439 (Eubel, *Hierarchia Catholica*, II, p. 79).